

Observationes aliquot rariores de Morboſo Liene,
 à Spectatissimo Domino D. Nehemia Grew,
 M. D. ac R. S. Socio cum eadem Societate
 communicatæ.

Domini Thomæ Sedgwick Mercatoris Londinenſis Filia, decimo quarto ſuae aetatis anno ad Operum acutiorum Magiſtram ſe erudiendam contulit. In quibus adeò mira fuit Indolis, ut iis ſolis totos dies, eosque ferè continuos, per biennium inſumeret. Hinc Melancholi-
 cum Temperamentum connatum in morboſum tranſit: cui Pallor, Inappetentia, Menſum defectus, atque Tuffis con-
 mitabantur. Et poſt tres annos, gravatus Dolor, in ſinistro inſimoque Latere, qui ad extrellum uſque diem per-
 ſtit, Anno autem aetatis viceſimo ineunte, ex Febre obiit.

In aperto Cadavere, Pulmones, fecur reliquaue Viſcera, excepto ſolo Liene, ſana inveni. Hoc vero mirum in mo-
 dum auctum & tumefactum; nempe crassum ſupra duos
 digitos; quatuor latum; longum prope decem. Ita ut, cum
 Lien Humanum, quoties recte habet, vix quinque uncias
 pendeat; in hac Virgine, quinque & viginti ſuperabat.
 Et cum hoc Viſcus, ſicubi agrotet, Tumoribus ſchirroſis &
 ſubnigris plerumque indureſcat; hic è contra, tota ejus
 ſubstantia putrefiens, quendam emittebat fætorem; mollis-
 que adeò fuit ac digitis palpantibus diſſolubilis, ut videretur
 quaſi grumofus ſanguis; atque altera pars à prehensâ alterâ,
 etiam ſuo pondere diſrumperetur. Nibilominus, tam exte-
 riū quam intus, rubicundo floruit colore, neque ullo Apo-
 stemate, aut materia verè purulentâ inſciebatur.

Ex ſolitariis Instantiis, non eſt Sapientis doxugliſav.
 Liceat tamen ut paulisper inquirendo philoſophemur.

En-

In hoc Casu, ista Tria sunt consideranda, viz. Vitæ genus, Ætas, Ætatisque Periodus.

Primo enim à tam diuturna exercendi desuetudine, vix potuit non evenire inaequalis Alimenti distributio. Quemadmodum itaque Ossa, & sape Viscera, ex inepta Nutritione, supra modum augmentur in Rhachitide: pariter & hic Lien, ex eodem Nutritionis vitio, videtur ampliorem molem acceptisse.

Præcipue, cum secundò, hâc vitæ consuetudine usâ est illa Virgo, non in precectiori etate, sed florente adhuc adolescentiâ. Exercitia enim necessaria sunt, etiam ad debitam nutritionem: multò magis ad Partium aequale Incrementum.

Tertio, & in illa ipsa etatis periodo, quâ Menses primo effluere solent. Quibus inde suppressis, vel multum immunitis, iste sanguis, quem desidiosa Natura omisit eliminare per consuetas vias, ex parte in Lienem, quasi quoddam diverticulum, rejiciebatur.

Corollarium. Virginibus, nimia Exercitiorum intermissione, in primis circa finem secundi, aut principium tertii etatis Septenarii, pessima.

An Account of a Book. *Osteologia Nova, or some Observations of the Bones, &c.* Communicated to the Royal Society, in several Discourses, Read at their Meetings, by the Learned and Accurate Author, Clopton Havers, M. D. and R. S. Soc. Lond. 1691, Octavo, for Sam. Smith.

THE Author offering to give some Account of the manner, in which the Bones are first formed, supposes, that they, as all the other parts of the Body, are formed in the Egg before the Female is impregnated, and that the Seed of the Male does only put those Particles, which